Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-567278-p0001-1

Index
Disputationum
juxta
Seriem Alphabet:

A.

De Apochis — — — 15.
Affectione — — — 36.
Adhæsione Judiciar. — — 4.
actionum Concursu — 19

B.

De Banno. — — — 34.
Banno ferino — 38.

C.

De Condictione Triticaria 12.
Condict. Indebiti. 13.
Confessione — — 17.
Concursu Action. 19.
Contractib. prohibit. 24.
Creditoris confessione [illegible] 16.
Confirm. Contract. 26.
Conjugati Fide. — — 23.
Contractuum Confirmatione 26.
Collectandi Jure — 28.

De Desertione litis civ. 14.
Debiti solenni Obligatione 18.

E.

Expectat. Gratiis — 43

F.

De Fide Instrum. — — 21.
Fide Oculata — — 22.
Fide Conjugati — — 23.
Ferino Banno — — 38.

G.

De Gratiis Expect. — 43.

H.

De Hyperocha — — 11.
his quæ raro fiunt — 38.
Homicidarum patrocinio — 37.

J.

De Judiciis — — — 1.
Interventione — 5.
Jure Collectandi — 28.
Jure poculorum — 29.
Jure Tenebrarum. 30.
Interpret. 23 ff. de Legib. 40.
Instrument. Fide. — 21.
Jurisdictionum prorogat. 2
Judiciaria adhæsione — 4.
indebiti condictione — 13.
imperii Romani Statibus — 41

L.

De lege Commissoria — 7.
Litis civilis desertione — 14
Lites tollendi remediis — 25

6a

Affulgente luce Supera.

*RECTOR*

*ACADEMIÆ FRANCOFURTANÆ*

# FRIDERICUS REICHELIUS, SS. Theol.

Doct. & Prof. Publ. Ordinar. ut & S. Lingv. Extraordinarius,

*In*

*Amphitheatrum honoris,*

Ubi

*Sereniſſimi Electoris Brandenburgici confirmatione,*

Splendidiſſimi Ordinis Juridici directione,

*VIR*

*Nobilis, Amplitudine & Excellentiâ honoratiſſimus,*

DN. JOHANNES BRUNNEMANNUS, J. U. Doct, ac Codicis Juſtin. Profeſſor meritiſſimus, hoc tempore Facultatis Juridicæ

*Decanus multò Spectatiſſimus,*

Expoſitam omnium oculis Eruditionem

*VIRORUM*

*Conſultisſimorum atque Clarisſimorum,*

Dn. TOBIÆ LINDHOLTZES / Academiæ hujus Syndici vigilantisſimi.

Dn. ARNOLDI MENGERINGI, Hal. Sax.

Corollâ Licentiæ in Utroquè Jure,

*27. Aprilis ſolenniter coboneſtabit,*

Quosvis Civitati Academicæ addictos literatos convocat.

---

*Literis NICOLAI KOCHII, Acad. Typogr.*

*Anno CIↄ IↄC LII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-567278-p0003-2

*Cyprianus Epiſtolar. lib. 2. ep. 2.*

Cùm is ſeculi noſtri habitꝰ circumcirca conſpiciatur, ut quæ graviſſimo *Cypriano* conquerendi cauſa ſuboriebatur, ea *duplicata* nobis exuberet; *Eſſe jam* (inquit) *inter nocentes innoxium, crimen eſt, malos quisquis non imitatur, offendit*; Ideo tantò *conſpectiores ac* tantò magis *neceſſarii* æſtimandi, quicunque, (ſicut Lacedæmoniorum virile inſtitutum *Ælianus* hoc fuiſſe dicit, *non ſolùm adverſus hoſtem in acie, verùm etiam contra avaritiam & argentum pugnare;*) quicunque (dico) omnium nervorum ſuorum oppoſitu, *Injuſtitiæ*, tanquam hoſti atrociſſimo, adverſantur, quos *Sacerdotū Juſtitiæ* titulo, jure optimo ſalutaveris.

*Ælianus lib. 14. var. hiſt. c. 44. pag. 423.*

Feliciter verò ſumma Juris in certas leges compacta fuit, *præſertim* in certam normam *Juris Civilis*, ad quod non adeo nauſeamus, ut *Ximenio* quondã ad idem frons caperabat, de quo *Alvarus Gomecius* apertè ſcribit: *Juri civili ne ullus in Academia ſua eſſet locus, lege ſeveriſſimâ cavit:* Imò potiùs debitis encomiis proſequimur *Thomæ Cormerii Alenconii* elogium, qui *Jure Civili* Chriſtianas propê omnes nationes, pro-

*Alvarus Gomecius lib 4. de Rebus geſtis Franciſci Ximenii pag. 1009. Tomo 1. Scriptor. Hiſpanic.*

*Th. Corm. Al. præfat. ad Henricum 4.*

pter

pter ejus excellentiam atquè æquitatem, regi aſſerit. Quibuscunque enim dubiis, Juridicis, mens quatiatur, nutabunda ſtatuminatur legibus Imperatorum collatis. Gratulamur ergo inter reliquas Germaniæ ampliſſimæ Academias Lyceis quoquè noſtris; quæ unà cum aliarum Facultatum ſtudiis, Jurium ſimul Profeſſionibus atquè doctrinis tantoperè condecorata fuerunt, ut haud longulo temporis ſpatio, proſpero ſucceſſu, multos hîc demerentes, præmiis in Jure dignis, ad varias nationum oras ornatos dimiſerint. Quorum numero quia jamjam aſſociandi duo noſtri *Dn. Candidati*; eorum honeſtiſſimos natales, laudatiſſimasque virtutes pauciſſimis præſentes in apricum ſiſtemus. Quamvis enim, g enerosâ generoſiſſimi Joſephi Scaligeri ſententiâ, non ex quibus quis genitus; *ſed quem ſe ipſe genuerit & formaverit*, reſpiciendum: Meritò tamen *ab Utroq;* telam ordimur.

*Galliæ regem. In Juris Civilis Romani Codice.*

*Joſeph. Scaliger. Epiſt. 1. ad Janum Douſam.*

Prior Dominus Candidatus, Vir, nempè Clariſſimus, Conſultiſſimus, Doctiſſimus, Dn. TOBIAS Lindholtz / Syndicus noſtræ Academiæ fideliſſimus, mundana hæc limina primò tetigit Fürſtenvvaldi ann. 1614, ipsâ luce, *Claræ* nomine clareſcente: ſiquidem eo tempore morborum peſtifera vis parentes Ipſius, ad li-

beriuscœlum hauriendum, illuc adegerat. *Pater* erat Vir Spectatiſſimus, Dn. TOBIAS Lindholtz/ Senator Coloniæ ad Spream. *Matrem* gratâ memoriâ refert fuiſſe EVAM Knöpffnagels / JOHANNIS Knöpffnagels / Senatoris Fürſtenvvaldenſis natam. Si in amplitudinem mentionis *Avi Paterni*, BARTHOLOMÆI Lindtholtzes mercatoris Colonienſium primarii; *Aviæ Paternæ*, BARBARÆ Schaumin; *Abavi*, PETRI Lindtholtzes/ qui anno 1510. Conſulis Colonienſis honoribus ſplenduit, excurrere allaborarem, *albam*, quod dicitur, *lineam tranſilirem*, quâ circumſcriptus, potiùs vitam Dn. Candidati, quàm vitæ authores, in conſpectum producere meditor. Unicũ interim oblivione obliteratum nolim, inter alios Genitorum Ejusdem honoratos ſtatus, (ἀβασκάντως dictum ſit) Dn. M. JOHANNEM Lindtholtz / primum à fundata hac Viadrina Academia Decanum in Philoſophorum ordine eminentisſimo fuiſſe, poſtea Decretorum Doctorem, Paſtoremq; ibidem egiſſe impigrum. Cui proximè adjungimus Virum Magnificum, Conſultisſimum, Doctisſimum Dn. JOACHIMUM Lindtholtz / J. U. D. ut & *SERENISSIMI ELECTORIS BRANDENBURGICI* Conſiliarium, nec non Præſidem

Con-

Conſiſtorii Electoralis, quod eſt Coloniæ ad
Svevum. Neque ſilentii velo obtegendæ laudes
*Abavi*, in Genealogia *Aviæpaternæ*; In memo-
riam enim nobis revocamus meritò JOACHI-
MUM SCHAUMIUM, JOACHIMO II.
*ELECTORI BRANDENBURGENSI* Cel-
ſiſſimo, tunc exiſtentem *à conſiliis ſecretis*, Feu-
dalium item negotiorum *Secretarium*. In quan-
tam cognationem ſanguinis cum prædicto Dn.
LINDHOLTZII genere genus WINSIORUM,
GARNKAUFERORUM, familia quoq; RöH-
LENSIS atque CESENSIS coaleſcat, brevitatis
ſtudium impedit, quò minùs exaggerem. Tàm
egregiâ productum ſtirpe quomodo non facilè
expolire potuit accedens opera Præceptorum?
puta, Dn. M. ADAMI ROMANI, Rectoris
tunc temporis, Scholæ Colonienſis, ſolertiſſi-
mi, jam verò Judicis ibi oppidani, cui tum priva-
tim tùm publicè inſtituenti *Dn. Syndicus* adhæ-
ſit. Adauxit hanc ſuam aſſiduitatem, audiendo
docentem Dn. JOHANNEM ROBACHIUM,
Con-Rectorem Colonienſem, ſingulari felici-
tate erudientem ad quietum usque vitæ exitum.
Poſtquam dulcorem literarum guſtare in Scho-
lis humanioribus cœperat, pleniore uſu ex alti-
oribꝰ ſcholis ſuavitatem talem percipere geſtie-
bat. Anno itaquè, ab orta mundi ſalute, 1632.

Francofurtum noſtrum veniens; *Spectatiſſimo Dn. Decano, Dn. D. Brunnemanno, tunc Philoſophiæ Magiſtro ac Profeſſori Logices*, commendatitiis literis, (in Philoſophicis, præcipuè Politicis, erudiendus) deſtinatus fuit; præceptore uſus privato Viro Conſultiſſimo, Doctiſſimo, Dn. JOHANNE NEANDRO J. U. Candidato, tandemquè Cameræ Cüſtrinenſis Advocato. Hoc præſidente Arithmæum ſuper Inſtitutiones, quæſtiones inſuper illuſtres Hackelmanni diſputando ventilavit. Urbe noſtrâ à Cæſarienſibus, opinione celeriùs, occupatâ, Cüſtrinum, tanquã in domicilium ac hoſpitium tranſlati Corporis Academici, ſe contulit, donec juſſu Dn. Parentis illinc Witebergam progrederetur; ubi ſtudia ſua, annum, pertexens, ſororis morte avocatus, eadẽ finito annuo circulo abrũpere cogebatur. Annus 1636. Ipſum Academiæ noſtræ reducem ſiſtebat, in qua ſubſiſtebat & perſtabat integrum biennii ambitum. *Advocatorum* Cameræ Colonienſis, ad Svevum, numero aſſociabatur anno 1643. Matrimonii fœdus iniit anno 1645, quo nondum elapſo, menſe nimirum Septembri, officium Syndici, ab Academia noſtra acceptum, aggreſſus eſt. *Ad Alterum* porrò *Dn. Candidatum* ſpectandum nos convertamus oportet, *Virum Eruditione Clariſſimum, Conſultiſſimum; Pietate, manſuetudine & modeſtiâ nemini non bonorum amabilis-*

bilis-

*biliſſimum*, Dn. ARNOLDUM MENGERINGUM, quem aura vitalis naſcentẽ excepit anno poſt natalitium Salvatoris annum milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, menſe Novẽb; Cujus Dominum Parentem prolixis impræſentiarum deſcriberem, *Virum*, inquam, *pl. Reverendum*, *Clariſſimum*, *Doctiſſimum*, Dn. ARNOLDUM MENGERINGUM, *SS. Theol. Doctorem & Halenſium Superintendentem*; niſi dicta & ſcripta Ejusdem publica dictis meis longè clariora eſſent. Igniculis ſtatim naturalibus incaluerat Filius hujus Dn. Parentis optimus ad ſtudiorum optimorum principia perquirenda. Quapropter maturè curis Præceptorum fuit dicatus, & quidem initio privatorum, deinde publicorum celeberrimorum. Adhuc volitat per ora erudita paſſim Clariſſimi Dn. CHRISTIANI GUENZII nomen, Rectoris Halenſis digniſſimi, cui ſe Diſcipulum præbuit conſtantiſſimum. Anno 1645. Lipſienſia acroateria ſalutavit, ita ut frequentes lectiones publicas frequens ipſe auditor attenderet: quinimò, ne ſtudiorum debitus apparatus mancus eſſet, privatis itidem Collegiis intentiorem operam impendit, iisquè tàm Philoſophicis quàm Juridicis; inprimis ſub directione *Ampliſſimi*, *Conſultiſſimi*, Dn. JOHANNIS STRAUCHII, J. U. L. & P. P. ſeſe ex-

cultum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-567278-p0009-9

cultum exercitatumquè reddidit laudabiliter. Et ut vires ingenii ſui magis exploraret, Publicè etiam, in Collegio Feudali & Juris Publici, ſub Magnifico Dn. BENEDICTO CARPZOVIO, diſputationem inſtituit. Lipſiâ, jam cognitione inſtructisſimus, abiens, ad mœnia Francofurtenſia hæc devenit Anno 1648. Ubi certè nullo otio dies combusſit aut inutiliter tempus trivit; ſed & ſe magis excitando & alios informando perrexit alacriter. Qualem ſe quibusdam Collegis noſtris, cùm domeſticus eorundem eſſet, probaverit, ipſi cum laude loqui ſolent. Praxin tandem ſcopum Theoriæ Juridicæ eſſe trutinans ac utramquè amicisſimo connubio juncturus, ordini Advocatorum ſe annumerari petiit Cüſtrinenſium, cui ipſius petito libente fronte delatum eſt; de quibus promotionum initiis Ipſi candidè gratulamur. Quod ultimo attexendum eſt, ſicut Solennem Promotionis diem ſol hujus menſis vigeſimus ſeptimus juvante clementiâ cœleſti producet, ita ut fauſto fine terminetur, cordicitûs precamur. Veſtram a. ingenuitatem, Cives Academiæ oculisſimi, quâ decet benevolentiâ invitamus, ne actui vel Diſputatorio, vel ſubſequenti, præmiis publicis adjudicato, præſentiam ſuam deneget; ſed potiûs gratificetur utrique paratisſimam. Faxit interea Servator noſter, ut Conſervator Academiæ noſtræ *Serenisſimus, Dominus noſter Clementisſimus*, decus hoc ſuum Marchiæ, Academiam, porrò tueri, honoribus indies cumulare, magis magisquè ſuſtentare & ad ſeros usq; annos reſervare queat ſpectatisſimè. Exſurgat omnis docentis diſcentisque operæ conatus in laudem Altisſimi Jehovæ, florem purioris Eccleſiæ, vigorem Reipublicæ, frugem æternæ vitæ.

Optimè in Chriſto vivite ac valete.

G. P. D.

00 A 6403

ULB Halle 3
002 937 093

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-567278-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-567278-p0012-2

ente luce Supera.

*RECTOR*

*Æ FRANCOFURTANÆ*

# ERICUS

## LIUS, SS. Theol.

bl. Ordinar. ut & S. Lingv.

raordinarius,

*In*

*theatrum honoris,*

Ubi

*lectoris Brandenburgici*

*nfirmatione,*

ſimi Ordinis Juridici

irectione,

*VIR*

*ne & Excellentiâ honoratiſſimus,*

BRUNNEMANNUS, J.U.

rofeſſor meritiſſimus, hoc tempore

ltatis Juridicæ

*multò Spectatiſſimus,*

nium oculis Eruditionem

*VIRORUM*

*rum atque Clariſſimorum,*

ötzes / Academiæ hujus Syndici

gilantiſſimi.

MENGERINGI, Hal. Sax.

ntiæ in Utroquè Jure,

*s ſolenniter coboneſtabit,*

emicæ addictos literatos convocat.

---

*DI KOCHII, Acad. Typogr.*

*no cIↄ Iↄc LII.*